UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum, Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute, Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...

Gomez, Cristobal

Antverpiæ, 1681

Panormitana n. 1

urn:nbn:de:hbz:466:1-38486

Visual Library

CLASSIS VIII.

AB VRBIBVS.

1. A Panormitana; *Cuius Prætor, ac Iuratorum Magiſtratus, hæc inter alia prodidere in Sociorũ, & Societatis præclarum teſtimonium, à quibuſdam calumnijs vindicantes.* Scimus, & intrepide fatemur Sanctiſſimis horum Patrum inſtitutis, doctrina, & pietate plurimos apud nos quotidie, & in ſcientijs & in ſpiritu proficere, nec vnquam ab ſtructo eorum Collegio aliquam vel minimam criminis ſuſpicionem ſubortam fuiſſe; quin plura eorum opera huic Ciuitati emolumenta acceſſiſſe; vt nulli dubium ſit eos verè in Societatem Iesv eſſe adſcitos: vnde & hoc nomine merito in hac vita nuncupantur. Quæ omnia cum ita ſe habeant, noſtra omnium auctoritate, ac fide publicè teſtamur, hos Patres nunquam hîc, quæ ſibi vulgo adſcribuntur, criminibus fuiſſe adſtrictos. Et ſi qui ſunt, qui hanc conceperint opinionem, poſthac deponant, aut ſibi certò Religioni vertant, quod tantorum Patrum nomini tam facile detrahant; nec illum Sacerdotem in illorum vnquam Societatem admiſſum fuiſſe exiſtiment. *(Is erat Presbyter quidam à Noſtris habitu non diſſimilis, qui ob fœda, & impia ſcelera exuſtus, & per errorem vulgus, per maleuolentiam iniqui infamiam in nos vertebant.) Ita Par. 2. Hiſt. Soc. lib. 2. num.* 111. *Teſtimonium egregium de Societatis innocentia.*

2. A Mamertina: *Quæ poſtquam fidem fecit, Ioannello (hoc erat prædicti Sacerdotis exuſti nomen) nihil cum Societate commercij fuiſſe, & Patres non modo à culpâ, ſed etiam ab omni ſuſpicione omomnino abeſſe, ſubiecit:* Quin etiam verè affirmare poſſumus, atque apud omnes liberè teſtificari ab exſtructo Collegio nunquam quidquam de illorum vita, moribus, & doctrina auditum apud nos eſſe, quod non ad Omnipotentis Dei laudem, & noſtratium hominum ædificationem maximè per- *Aliud.* *Quanto fructu in cõcionibus, confeſſionibus, & iuuentutis educatione Socij occupentur.*